



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. Aliæ nonnullæ quæstiones circa suspensionem resolvuntur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

licz reservata, & juxta Trident. sess. 24. cap. 6. de reform. quilibet Episcopus, si ex delicto occulto orta sit.

§. III.

Alia nonnulla questiones circa suspensionem resolvuntur?

Primò ex cap. 1. h. t. in 6. habetur, quòd graviter peccet, qui actum exercet, à quo suspensus est (si tamen materia gravis sit) & incurrat irregularitatem, si actum ordinis exercent, à quo suspensus est, ut dictum supra. Secundò latis certum est, quòd actus ordinis, si quis ab ordine suspensus eos exercent, sint validi, exceptis illis, qui ad sui valorem jurisdictionem requirunt, uti est Sacramentalis absolutio, cum valorem illorum actuum impedire non possit Ecclesia, si requisita omnia, debito modo ponantur. Tertio non est prohibita cum suspensio, etiam denunciatio, communicatio, cum nullum jus habeatur talem communicationem prohibens, sicuti de vitandis excommunicationis denuntiatis habetur, nisi suspensum inducas ad agendum contra suspensionem, quòd jus naturale, & divinum, cooperationem ad peccatum prohibens, prohibet. Quarto qui suspensi sunt ab ingressu Ecclesie (de qua suspensione, quæ non est propriè censura, & rectius interdictum, quàm suspensio diceretur, agit capit. is. cui 20. h. t. in 6.) privati sunt omni participatione divinorum in Ecclesia, ita ut talia exercere non possint in Ecclesia, quamvis pleraque pos-

sint extra Ecclesiam, & multa etiam possint in Ecclesia privatim peragere, à tempore, quo celebrantur etiam divini transire possint per Ecclesiam. Quòd denique suspensus ab ordine, officio, jurisdictione in uno loco, vitæ exercitio, vel usu horum, à quo suspensus est, ubique suspensus esse non absolvatur, cum censura, quæ ab ipso comitetur.

SECTIO VIII.

De tertia Censura Ecclesiastica, nempe de interdicto.

§. I.

Quid & quotuplex sit interdictum.

Interdictum est Censura Ecclesiastica per quam prohibetur participatio eorum Sacramentorum, communio divinorum officiorum, & Ecclesiastica sepultura, quatenus hæc omnia ad divinum cultum spectant; quæ aliter verba definitioni addi possunt, ut citius distinguatur interdictum ab aliis censuris, cum interdictum privet hæc rebus sacris, quatenus loca sancta, & communicatio verò illis privet, ut habent communicationis cum fidelibus rationem, suspensio verò hæc privet, quatenus sunt actus potestatis, ministerij Ecclesiastici. Dividitur interdictum primò in locale & perso-